
HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

102

Quaestiunculae grammaticae ad oratores Atticos spectantes.

Scripsit

Ernestus Ricardus Schulze
Budissinus.

Wissenschaftliche Beilage zu dem Programm des Gymnasiums zu Bautzen.

Ostern 1889.

Bautzen,
Druck von E. M. Monse.

1889. Progr. Nr. 505.

Cum is, cuius erat praefari, collega, ne officium praestaret, incommoda ualetudine impediretur, ego rogatus, num haberem, quae uolgarem, nescio quo pacto abnuere dubitaui et commentationem me esse scripturum recepi. itaque ut starem promisso, conquirere et cogere coepi, quaecumque mihi oratorum Atticorum scripta peruolutanti diligentiore consideratione digna erant uisa: quae autem cognoscere etiam aliorum interesse existimabam, ea hoc loco proponere ausus sum. sed cum ipse mense nouembri aegrotare coeperim, ut non tantum, quantum uellem, curae atque diligentiae ad scribendum adhibere possem, omnes, quicumque hunc libellum in manus sumpserint, ut cum bona uenia legant, rogatos uolo.

Caput I.

Quae fuerit oratorum Atticorum consuetudo in ponendis adiectiuis uerbalibus II.

Proximo anno cum oratorum Atticorum libros perlustrarem, operae pretium esse mihi uidebatur animum attendere ad adiectiua uerbalia secunda, quae *τεος* syllabis terminantur, ut exemplis uel omnibus uel plurimis in unum locum coactis cognoscerem, quatenus oratorum consuetudo loquendi ad grammaticorum normam congrueret.

ac primum mirabar, quod apud antiquissimos oratores in paucissima adiectiui uerbalis II exempla incideram, eoque magis mirabar, quod genus dicendi illi dictioni aptissimum esse apparebat. repperi [1]) autem apud Antiphontem in tetralogiis quinque exempla, apud Andocidem quattuor, apud Lysiam quinque. neque recentiores oratores illa uerborum forma abundant: quattuor sunt apud Isaeum exempla, duo apud Hyperidem, quattuor apud Lycurgum, quinque in Aeschinis orationibus[2]), octo apud Dinarchum: plura sunt apud Isocratem et Demosthenem, sed ne hi quidem ita sunt crebri illa dictione, ut eius amantes dici possint. uerum si quis sic existimet, oratores certis quibusdam et tritis formis usos esse, ut eas formas reicerent, quae difficiliores essent et ad fingendum et ad intellegendum, eum uehementer errare apertum est: nam etiam ab iis uerbis, quorum usus rarior est, adiectiua uerbalia deriuare illi non dubitauerunt.

---

[1]) neque legum neque populiscitorum neque testimoniorum orationibus interpositorum in his quaestionibus ratio habenda fuit.

[2]) praeterea tria exempla in epistula 11 sunt.

quod ut penitus perspicias, omnia, quae in oratorum libris indagaui, exempla ordine deinceps enumerabo.

a) a uerbis actiuis deriuata sunt adiectiua uerbalia II haec:

Ἀθυμητέον Dem. 4. 2, prooem. 30. 3,
αἰτιατέον Dem. [10.] 76,
ἀκτέον And. 3. 40, Dem. 8. 5,
ἀκουστέον Dem. 20. 130,
ἀμελητέον Isocr. 9. 7,
ἀναστρεπτέον Isocr. 5. 132,
ἀνταλλακτέον Dem. 19. 223,
ἀποκνητέον Isocr. 8. 62,
ἀρκτέον Isocr. 14. 10,
ἀτιμητέον Isocr. 15. 175,
ἀφαιρετέον Dem. 27. 36,
ἀφανιστέος Isocr. 12. 233,
ἀφετέον Isocr. 4. 160, 13. 19,
Βασανιστέον Dem. [29.] 35,
βοηθητέον Dem. 1. 17, 16. 9,
(*Γραπτέον* Isocr. 2. 49 uolgo)
Δεικτέον Dem. 2. 13, 18. 58, Aesch. 3. 50,
δηλωτέον Isocr. 12. 59, 15. 140,
διαδοτέος Isocr. 12. 233,
δοκιμαστέον Lys. 31. 35,
δοτέον Dem. 23. 125 bis, [58.] 64,
δουλευτέον Isocr. 9. 7,
Ἐατέος Dem. 24. 78, *ἐατέον* Isocr. 5. 132, 15. 174, Dem. 21. 37,
ἐθιστέον Isocr. 9. 7,
εἰσοιστέος Dem. 24. 25,
ἐκδοτέον Dem. 23. 79,
ἑκτέον Dem. [58.] 60,
ἐξαλειπτέον Lys. [6.] 8,
ἐξεταστέον Dem. 20. 57,
ἐπακολουθητέον Dem. [61.] 4,
ἐξαμαρτητέον Dem. 22. 6,
ἐπιδεικτέον Isocr. 6. 102, 12. 96,
ἐπιτελεστέον Isocr. 12. 37,
ἐπιχειρητέον Ant. 2β. 4, Isocr. ep. 9. 18,
Ζητητέον Isocr. ep. 6. 8,
Κατασιωπητέον Isocr. 12. 96,
κατηγορητέον Isocr. 3. 2,
κελευστέον Hyp. fragm. Blass. 25,
κινδυνευτέον Dem. [10.] 71,
κολαστέον Dem. 21. 37, 23. 34, Lycurg. 67,
Λεκτέον Isocr. 2. 49, 5. 85, 95, 12. 152, 15. 149, 271, (fragm. Bl. II. 4), Dem. 19. 95, 20. 24, 27. 52, [58.] 60, *λεκτέα* neutr. pl. Dem. 21. 40. *λεκτέων* Isocr. 15. 59,
ληκτέον Isae. 7. 23,
λυτέος Dem. 24. 78,
Μεταστατέον Isocr. 5, 132,
Νομιστέον Dem. 23. 74, 39. 35, prooem. 1. 3, Hyp. 4. X. 17,
Οἰστέον Isocr. 14. 10,
ὀκνητέον Isocr. 4. 74, 9. 11, 11. 3, ep. 6. 11,
ὀλιγωρητέον Isocr. ep. 9. 18,
ὁμονοητέον [Aesch.] ep. 11. 12 bis,
Παρακλητέον Isocr. ep. 7. 7,
παραλειπτέον Isocr. 15. 149, 16. 36, ep. 2. 14,
παραληπτέον Dem. [34.] 30,
παροπτέον Dem. [26.] 16,
παυστέον Isocr. 15. 175,
πιστευτέον Dinarch. 1. 59,
πλευστέον Dem. 4. 16,
ποιητέον Lys. 1. 35, Isocr. 6. 71, 12. 34, 15. 174, Dem. [7.] 6, [10.] 71, [58.] 6, 58, *ποιητέα* neutr. pl. And. 1. 136,
πολεμητέον Isocr. 15. 117,
πονητέον Isocr. 15. 285, Dem. [10.] 71,
πρακτέον Isocr. 2. 9, 5. 83, 8. 9, 12. 164, 13. 3, 15. 271, 285, ep. 3. 1, Dem. 9. 74, 23. 140, 148, [60.] 17, [61.] 23, prooem. 1. 2, 6. 1, *πρακτέα* neutr. pl. Aesch. 1. 138, *πρακτέων* Dem. 6. 28,
προετέον Dinarch. 1. 92, 108,
προσδοκητέα neutr. pl. Dinarch. 2. 1,
προσεκτέον Isocr. ep. 2. 17, ep. 7. 7, Aesch. 1. 119, Dinarch. 1. 112,
προσφευκτέον Dem. 37. 38,
προτακτέον Aesch. 3. 170,

Ῥητέον Dem. [60.] 24, prooem. 46. 4, *ῥητέαι* Dem. 22. 62,
Σπουδαστέον Isocr. 6. 91, 15. 280, Dem. 20. 154, [42.] 10,
στερκτέον Dinarch. 1. 91,
συγχωρητέον Dem. 21. 160,
συμβουλευτέον Isocr. 15. 175,
Τηρητέον Dem. [58.] 55,
Ὑπεροπτέον Isocr. ep. 9. 18,
ὑποληπτέον Dem. [17.] 26, (prooem. 23. 2?),
ὑπομενετέον Isocr. 6. 7, 86,
Φευκτέον Isocr. 4. 8, Dem. 20. 140,
φιλονικητέον Isocr. 6. 92,
φιλοσοφητέον Isocr. 15. 285,
φροντιστέον [Aesch.] ep. 11. 13,
φυλακτέον Dem. 22. 57, *φυλακτέα* neutr. pl. Dem. 36. 30.

b) non ad actiuum sed ad medium (cf. Kruegeri art. 56. 18. 4) referenda sunt haec:

Αἱρετέον Isocr. 6. 91, 7. 79,
ἀντιληπτέον Dem. 1. 2, 14,
ἀπαλλακτέον Lys. [6.] 8,
ἀποστατέον Isocr. 5. 85, 12. 37, Dem. 18. 199, 20. 139,
ἀρκτέον Dem. 22. 6,
ἀφεκτέον Isocr. 2. 49,
Βουλευτέον Isocr. 6. 90, Dem. [44.] 67, 15. 13, 16. 8,
Ἐξαιτητέον Lycurg. 135,
Καταπληκτέον Dinarch. 1. 108,
Ὀργιστέον Dem. 21. 123,
Παυστέον Dem. [10.] 76,
ποιητέα nom. sing. Ant. 3γ. 11, *ποιητέον* And. 3. 16, Isocr. 4. 174, 15. 117, Dem. 19. 96, 23. 23, 101, [61.] 36, Lycurg. 15,
προαιρετέον Dem. 6. 5,
Τιμωρητέος Dem. 21. 142, *τιμωρητέον* Isocr. 15. 174,
Φυλακτέον Isocr. 5. 35, 6. 94, 12. 24, 15. 19, 117, 298, Dem. 5. 23, Aesch. 1. 5.

c) ad uerbum deponens, quod dicitur, pertinent haec:

Ἀγωνιστέον Dem. 9. 70,
ἁμιλλητέον Isocr. 7. 73, ep. 7. 7,
ἀπολογητέον Ant. 4δ. 1, Lycurg. 135,
ἀποπειρατέον Isocr. 9. 11,
ἀποψηφιστέον Dem. 22. 44,
Διαλεκτέον Isocr. 5. 95, 12. 134, ep. 1. 6,
διαπρακτέον Isocr. ep. 6. 8,
(*διηγητέον* Isocr. fragm. Bl. II. 6)
Ἐνθυμητέον And. 1. 7, Dem. 4. 3,
ἐπιμελητέον Dem. 9. 45,
Καταψηφιστέον Dem. 22. 37,
Λογιστέον Dem. 27. 36, 55. 25,
Πειρατέον Isocr. 4. 8, 5. 58, 11. 3, 14. 4, ep. 2. 14, 7. 7,
περιεργαστέον Ant. 2δ. 3,
προσδεκτέον Dinarch. 1. 92,
Σκεπτέα nom. sing. Ant. 3δ. 2, *σκεπτέον* Lys. 26. 8, Isocr. 2. 9, 5. 35, 6. 71, 12. 164, ep. 6. 9, Isae. 4. 14, 10. 18, 11. 11, Dem. 14. 17, 16. 5, 20. 10, 22. 45, 23. 94, 31. 13,
Φειστέον Isocr. 14. 15,
Χαριστέον Isocr. 19. 22,
(*χρηστέον* Isocr. fragm. Bl. II. 4).

notissimum est adiectiua uerbalia, quae *τεος* syllabis terminantur, praedicati plerumque locum obtinere, ut *εἶναι* uerbum adiunctum sit, conformationem autem uerborum duplicem esse, aut personalem aut impersonalem. atque utraque constructione oratores Attici usi sunt, sed impersonali constuctione, quod sciam, adiectiuum uerbale II non dixerunt nisi singulariter, ut id genus, quod Thucydidi in deliciis est (*πολεμητέα εἶναι* = *πολεμητέον εἶναι*)[1]), ab oratoribus alienum esse iudicandum sit.

[1]) cf. Kruegeri art. 56. 18. 1 extr., 44. 4, 2, annot. ad Thucyd. 1. 86. 2 et 1. 88, Grossi disputationis de adiectiuis uerbalibus in *τος* et *τεος* cadentibus spec. III (progr. gymn. Marienwerder. 1854) pag. 6.

iam uero grammatici docent ἐστί formam saepissime omitti. qua quidem licentia oratores praeter Lysiam et Lycurgum omnes sunt usi, sed ita, ut in impersonali constructione omittere mallent, quam in personali. nec in primariis solum enuntiatis, quorum natura ei breuitati aptior sit, illam uocem omissam uidemus, sed etiam in uario genere enuntiatorum secundariorum. est autem omissum ἐστί in simplicibus membris primariis bis et quinquagies: Ant. 2β. 4*, 2δ. 3*, 4δ. 1*, And. 1. 7*, 3. 16*, Isocr. 2. 9*, 4. 74*, 6. 90*, 91*, 94*, 8. 62*, 12. 59*, 14. 4* (sed ἐστίνE),[1]) 16. 36*, ep. 6. 9*, 7. 7*, fragm. Bl. II. 6 (si ad uerbum haec a Maxim. Planud. transscripta sunt)*, Isae. 4. 14*, Dem. 2. 13*, 4. 2*, 3*, 5. 23*, 6. 5*, 8. 5*, 9. 70*, 74*, 14. 7 (σκεπτέον χρή F. Y. O. v)*, 15. 13*, 16. 5*, [17.] 26*, 19. 95*, 20. 10*, 24*, 139*, 21. 40, 123*, 160*, 22. 62, 23. 23*, 94*, 27. 36*, 31. 13*, [60.] 24*, prooem. 1. 3*, 30. 3*, Hyp. 4. X. 17*, Aesch. 1. 5*, 3. 170*, ep. 11. 12*, 13*, Dinarch. 1. 59*, 91* (si recte emendauit Blassius: codd. στερκτέον εἴη, pro quo στερκτέον ἂν εἴη substitui uoluit Bekker). huc accedunt tria enuntiata, quorum primum uocabulum ὥστε est, quae primaria esse uel interpunctione admonemur: Dem. 22. 37*, 27. 32*, Hyp. fragm. Blass. 25*, et quattuor enuntiata relatiua, quae primariarum sententiarum uicem obtinent: Isocr. 4. 160*, 174*, 6. 7*, Dem. 20. 130*.

multo uero rarius ἐστί uocabulum omissum est in enuntiatis secundariis: a) septies in enuntiatis, quae uerbis sentiendi uel declarandi subiciuntur, quorum prima uox est aut ὅτι aut ὡς: Isocr. 6. 86* (ὡς; ἐστί additum est in cod. E), ep. 1. 6* (ὅτι; sed durissima est uerborum constructio, propterea quod enuntiatum duorum est membrorum μέν δέ particulis coniunctorum, quorum superius habeat uerbum finitum ἁρμόττουσιν, alterum sit ipsum διαλεκτέον), Isae. 7. 23* (ὡς), Dem. 1. 14* (ὡς), 16. 9* (ὡς), 22. 44* (ὅτι), 23. 79* (ὡς); b) quater in relatiuo membro: Isocr. 6. 7*, 13. 19*, Dem. 22. 57*, 23. 34* (ὡς κολαστέον καὶ οὔ); c) quinquies in membris interrogatiuis: Dem. 19. 96* (εἰ—ἤ), 23. 140* (τί—ἢ μή), 148* (item), prooem. 6. 1* (τί), [Aesch.] ep. 11. 12* (εἰ); d) bis in priore membro condicionali, quam nunc protasin uocare consueuimus: Dem. 16. 8*, prooem. 46. 4*.

ἐστίν igitur uocabulum 70 locis oratores ponere omiserunt. omnibus autem locis iis, ubi impersonalem constructionem oratores usurparunt, asteriscum (*) adiecimus, ut demonstraremus non fere ἐστίν uocem omissam esse nisi in impersonali adiectiui uerbalis II usu.

sequitur, ut ostendam, quot locis ἐστί forma addita sit: quos quidem locos afferens uno asterisco (*), ut supra, notabo ea exempla, quae impersonalem exhibent constructionem, duobus asteriscis (**) ea, in quibus dubium est, personaliter sit dictum adiectiuum uerbale II an impersonaliter. res autem se sic habet:

in simplicibus enuntiatis primariis ἐστί ad adiectiuum uerbale adiunctum est quater et uicies: Ant. 3γ. 11, 3δ. 2, Lys. 26. 8**, 31. 25*, Isocr. 2. 9*, 6. 91*, 7. 73*, 12. 152*, ep. 6. 11*, Isae. 10. 18**, 11. 11**, Dem. [7.] 6*, 20. 140*, 154*, 21. 142,

[1]) uarietatem lectionis addidi ad Antiphontem, Andocidem, Isocratem Hyperidem Dinarchum ex editionibus Blassi, ad Lysiam Isaeum Lycurgum ex editionibus Scheibi, ad Demosthenem ex Dindorfi editione Oxoniensi, ad Aeschinem ex editione Schultzi.

22. 45*, 27. 36**, 36. 30, [44.] 67*, 55. 25**, Lycurg. 67*, Aesch. 3. 50**, Dinarch. 1. 112*, 2. 1. eiusmodi enuntiata primaria praecedenti orationi annexa sunt *ὥστε* coniunctione ter: Isocr. 3. 2*, 6. 92*, Lycurg. 15*, pronomine relatiuo septies: Isocr. 6. 102*, 12. 24*, 34**, 15. 19*, 298**, ep. 2. 17*, Dem. [58.] 56* (*διό*).

in membris secundariis *ἐστίν* adiectiua uerbalia II saepe comitatur: est enim a) in membris, quorum primum uocabulum est *ὅτι* uel *ὡς*, quater: Isocr. 14. 15* (*ὡς; ἐστί* om. *Θ*), Dem. 1. 2* (*ὅτι*), [58.] 64* (*ὅτι*), prooem. 1. 2. (*ὡς*), b) in enuntiatis relatiuis sexies: Isocr. 5. 83* (*περὶ ὧν* = *περὶ τούτων ἅ*), 8. 9**, 13. 3*, 15. 280*, Dem. [42.] 10*, [58]. 6**, c) in interrogationibus obliquis octies: Lys. 1. 35**, Isocr. 7. 79*, ep. 6. 8*, Dem. 23. 74*, 24. 25, 39. 35*, [60.] 17** (*τί πρακτέον ἐστί* om. in S. v. pr.Y), [61.] 23**, d) in protasi condicionali semel: Dem. 23. 101**[1]).

apparet autem ne in hoc quidem genere enuntiatorum magnum esse numerum eorum locorum, quibus non sit dubium, quin personali constructione oratores sint usi: sunt enim ii loci numero sex.

neque uero alias uerbi substantiui formas ut inutiles in simplicibus enuntiatis oratores Attici omisisse mihi quidem uidentur. nam Dem. [26.] 16 *οὐ γὰρ δή τινες ὑμῶν οὕτως ἔχουσιν, ὡς προσήκειν μὲν ταῦθ' οὕτως ἔχειν ὡς ἐγὼ λέγω, διὰ δὲ τὴν Ἀριστογείτονος καὶ τὸ χρήσιμον αὐτὸν ὑμῖν εἶναι παροπτέον τι καὶ παρανομοῦντα αὐτόν* quamquam diu dubitabam, utrum in postremo membro *εἶναι* uocabulum, quod requiritur, mente subaudiendum esset necne, tamen mihi persuasi eum qui scriptus est infinitiuum *εἶναι*, si non ad utrumque nomen, et ad *χρήσιμον* et ad *παροπτέον*, referri possit, ad posterius spectare, non ad superius nomen: nisi uero tutius est pro *προσήκειν* substituere *προσήκει*, quod A. k codicum scriptura commendatur. ac semper ad adiectiuum uerbale II additur et infinitiuus *εἶναι*: And. 3. 40*, Isocr. 5. 58*, (5. 83* u.) 95*, 12. 134*, 15. 140*, 19. 22*, ep. 3. 1*, 6. 8*, Dem. 1. 17*, 9. 45*, 18. 58*, 19. 223*, 20. 57*, 37. 38*, [58.] 58**, [61.] 4*, (quod est prooem. 23. 2, id corruptum est; u. Turr. ad h. l.), Aesch. 1. 119*, 138, et III persona imperfecti *ἦν*, ter in enuntiatis primariis: And. 1. 136, Dem. 18. 199*, [34.] 30*, semel in enuntiato secundario Dem. [29.] 35* (*σκοπεῖθ' ὡς οὐδὲν ἦν Μιλύαν βασανιστέον*), et genetiuus pluralis participii praesentis: Isocr. 15. 59 (*ἵν' ἐκλυθῶ πολλῶν ἔτι μοι λεκτέων ὄντων*), qui quidem locus eo magis legentium animos in se conuertit, quod Dem. 4. 16 (*οὕτως ἔχειν τὰς γνώμας ὡς πλευστέον paratos esse quasi sit nauigandum*, cf. Rehdantz. ad h. l.) et Dem. 6. 28 (*περὶ τῶν ὑμῖν πρακτέων de iis rebus, quae uobis gerendae sunt*) adiectiuum uerbale participii loco dictum est.

proximum est, ut uideamus, quae sit ratio oratorum, cum adiectiua uerbalia II continuata et coniuncta sunt, ut plurium membrorum enuntiatum efficiant. quo in genere distinguenda sunt enuntiata duorum membrorum et enuntiata trium membrorum.

1) duo adiectiua uerbalia copulata sunt

a) in enuntiato primario duodeuicies: *α*) nouies priori adiectiuo uerbali copula addita est, octies *ἐστί*, semel *εἶναι*: *ἢ τοὺς νόμους ἐξαλειπτέον ἐστὶν ἢ ἀπαλλακτέον*

[1]) De Dem. 23. 125 uid. p. 8.

Lys. [6.] 8*, *οὐκέτι φευκτέον ταῦτ' ἐστὶ .., ἀλλὰ πειρατέον* Isocr. 4. 8*, *οὐ μὴν ἀποστατέον ἐστίν, ἀλλὰ λεκτέον* Isocr. 5. 85*, *οὐδὲν μᾶλλον ἀποστατέον .. ἐστίν, ἀλλ' ἐπιτελεστέον* Ioscr. 12. 37*, *οὐ παραλειπτέον ἐστὶ τὰ περὶ τῆς πόλεως, ἀλλὰ πειρατέον* Isocr. ep. 2. 14*, *οὐκ ἐξαμαρτητέον ἐστὶν .., ἀλλὰ ἀρκτέον* Dem. 22. 6, *οὐ προετέον ἐστὶν .. οὐδὲ προσδεκτέον τοὺς οἴκτους* Dinarch. 1. 92*, *οὐ καταπληκτέον ἐστὶν οὐδὲ προετέον τὴν ἀπολογίαν* Dinarch. 1. 108*, *σκεπτέον εἶναι καὶ πρακτέον* Isocr. 12. 164*; *β*) semel *ἐστί* posteriori adiectiuo uerbali adiectum est: *οὐκ ὀκνητέον ἀλλ' ἀποπειρατέον .. ἐστίν* Isocr. 9. 11*; *γ*) octies utrumque membrum *ἐστί* copula caret: *παυστέον ... ἢ μηδένα ἄλλον αἰτιατέον* Dem. [10.] 76*, *τούτων μὲν οὐδέτερον ποιητέον, σκεπτέον δέ* Isocr. 6. 71*, *οὐκ ὀκνητέον ..., ἀλλὰ πειρατέον* Isocr. 11. 3*, *οὐ κατασιωπητέον ..., ἀλλ' ἐπιδεικτέον* Isocr. 12. 96*, *οὐ ... ἀρκτέον, ἀλλὰ φόρον οἰστέον* Isocr. 14. 10*, *εἰ μὲν ..., τοῦτον κολαστέον, εἰ δὲ .., ἐατέον* Dem. 21. 37*, *φυλακτέον καὶ σκεπτέον* (antecedit *δίκαιόν ἐστιν*) Isocr. 5. 35*, *λυτέος καὶ οὐκ ἐατέος* Dem. 24. 78; (quae sunt Isocr. fragm. Bl. II. 4 *λεκτέον .. καὶ .. ἡμῖν χρηστέον,* haec dubito an non ad uerbum transscripta sint);

b) in enuntiatis secundariis copula ter priori membro addita est, bis posteriori, bis neutri: sunt enim continuatorum adiectiuorum uerbalium exempla *α*) in interrogationibus obliquis haec: *πότερον ἀφανιστέος ἐστὶν ἢ διαδοτέος* Isocr. 12. 233, *τί σοι λεκτέον τούτων καὶ τί παραλειπτέον ἐστίν* Isocr. 15. 149**, *ὅ,τι πρακτέον ἢ λεκτέον ἐστίν* Isocr. 15. 271**, *γνῶναι, πρὸς τίνας πολεμητέον καὶ τίνας συμμάχους ποιητέον* Isocr. 15. 117*, *β*) in enuntiatis obiectiuis, quae dicuntur, haec: *ὅτι τῷ μὲν πατρὶ ἡσυχίαν ἑκτέον ἐστίν, ἐμοὶ δὲ λεκτέον* Dem. [58.] 60*, *δέδεικται, ὅτι τοῦ ... ἀφεκτέον, τὰ δὲ ... λεκτέον* (*ἐκεῖνα δὲ γραπτέον καὶ λεκτέον* u.) Isocr. 2. 49*, *γ*) in enuntiato consecutiuo hoc: *ὥστε πολὺ πρότερον ὑπὲρ αὐτῶν αὐτοῖς ἐστιν ἀπολογητέον ἢ τοῦτον .. ἐξαιτητέον* Lycurg. 135*; denique hoc loco commemoranda sunt, quae scripta sunt Dem. 23. 125** *εἰ γάρ ἐστί τῳ δοτέον ..., τούτῳ δοτέον.*

2) tria adiectiua uerbalia II copulata sunt

a) in enuntiato primario: *α*) tertio membro copula semel addita est: *ὧν* (prim. en.) *οὐδὲν ἐατέον ...* ‖ *ἀλλ' ἀναστρεπτέον καὶ μεταστατέον ἅπαντα ταῦτ' ἐστίν* Isocr. 5. 132*, *β*) semel primo: *τοῖς τε λόγοις τοῖς ἐμοῖς προσεκτέον τὸν νοῦν ἐστι* ‖ *καὶ τοῖς .. διοικοῦσιν ἁμιλλητέον καὶ πειρατέον διενεγκεῖν* Isocr. ep. 7. 7*, *γ*) ter omissa est copula: *οὐ μὴν δουλευτέον τοὺς .. ἔχοντας ....* ‖ *ἀλλὰ τῶν μὲν τοιούτων ἀμελητέον, τοὺς δ' ἄλλους ἐθιστέον ἀκούειν* Isocr. 9. 7*, *ὥστε* (itaque) *οὐ ποιητέον ..* ‖ *οὐδὲ .. τιμωρητέον, παρ' ὧν δ' ἂν λάβωσιν ἐατέον ποιεῖν* Isocr. 15. 174*, *τοὺς μὲν παυστέον, τοὺς δὲ .. ἀτιμητέον, τοῖς δὲ συμβουλευτέον* Isocr. 15. 175,

b) in enuntiatis secundariis: copula est *α*) bis ad primum membrum addita: *θαυμάζω, τί .. ἅπαντα ποιητέον εἶναι νομίζεις καὶ πονητέον καὶ κινδυνευτέον* Dem. [10.] 71*, *βουλεύσασθαι, πότερον ὀλιγωρητέον ἐστὶ ..* ‖ *ἢ τῶν .. πραγμάτων ὑπεροπτέον, μείζοσι δ' ἐπιχειρητέον* Isocr. ep. 9. 18*, *β*) semel ad postremum: *ὧνπερ ἕνεκα καὶ πονητέον καὶ φιλοσοφητέον καὶ πάντα πρακτέον ἐστίν* Isocr. 15. 285, *γ*) omissa numquam.

neque uero hoc neglegendum est, paucarum periodorum (Isocr. 15. 175, 285, Dem. [10.] 71) naturam eam esse, ut terna membra idem ualeant, plurium (Isocr. 5.

132, 9. 7, 15. 174, 285, ep. 7. 7, 9. 18) eam naturam, ut bina membra artius uincta respondeant singulis.

uidemus porro adiectiuum uerbale II, siue abest copula siue adest, multo saepius impersonaliter dici quam personaliter, neque solum iis locis, quibus necessaria sit structura impersonalis, sed etiam iis, quibus nomen adiectiuo uerbali obiectum est. illos nunc quidem locos omittamus, hos accuratius consideremus.

a) uerbum finitum est: pendet autem ex adiectiuo uerbali II impersonaliter dicto

α) accusat. sing. gen. masc.: Isocr. 4. 160, 6. 91[c],[1]) 14. 10, ep. 2. 17[c], 7. 7[c], Dem. [10.] 76, 20. 24, 21. 37, 23. 34, 74 (duplex accusatiuus)[c], 79 (?), [29.] 35[c], prooem. 1. 3 (acc. cum infinitiuo), Lycurg. 67[c], 135[c];

β) acc. sing. gen. fem.: And. 3. 16, Dem. 2. 13 (dupl. acc.), 8. 5, 19. 96, 27. 36, 31. 13, [58.] 60[c], ([60.] 24?), [61.] 36, Aesch. 3. 170, Dinarch. 1. 108[c];

γ) acc. pl. gen. masc.: Lys. 6. 8[c], Isocr. 9. 7 (acc. c. inf.), 12. 96 (acc. cum participio), 13. 19 (dupl. acc.), 15. 117 (dupl. acc.), 174 bis (semel dupl. acc.), 175 bis, ep. 7. 7, Dem. [10.] 76, 21. 37, 23. 33, [34.] 30[c], 39. 35[c] (dupl. acc. sed *τίνα ἀδελφόν* A. r), [58.] 55[c], Hyp. 4. X. 17 (dupl. acc.), Aesch. 1. 5 bis, Dinarch. 1. 92[c];

δ) acc. pl. fem. gen.: Isocr. 6. 86, 7. 79[c], ep. 6. 9 (accusatiuus anticipatus), fragm. Bl. II. 4 (?);

ε) acc. pl. neutr. gen.: Isocr. 2. 9[c], 49, 4. 8[c], 5. 83[c] (*περὶ ὧν = περὶ τούτων ἅ*), 5. 132[c], 12. 24[c], 59 (?), 152[c], 13. 3[c], 15. 19[c], 285[c], ep. 2. 14[c], fragm. Bl. II. 4 et 6 (?), Dem. 6. 5, 22. 57, prooem. 1. 2[c];

accusatiuus singularis neutrius generis pendeat ex adiectiuo uerbali II necne, difficile est ad diiudicandum, propterea quod idem existit, siue personaliter siue impersonaliter dicas: sed animus meus eo inclinat, ut omnibus eius generis locis, qui infra allati sunt, adiectiuum uerbale II impersonaliter dictum esse existimem: Ant. 2β. 4, And. 1. 7, Lys. 1. 35[c], 26. 8[c], Isocr. 6. 7, 71, 94, 8. 9[c], 12. 34[c], 15. 149[c], 271[c], 16. 36, ep. 6. 8[c], (fragm. II. 6), Isae. 10. 18[c], 11. 11[c], Dem. 5. 23, [7.] 6[c], 9. 74, [17.] 26 (dupl. accus.), 19. 95, 21. 160, 23. 94, 101[c], 125[c], 140, 148, 27. 36[c], 52 (*ταῦτα λεκτέον* A. r), 55. 25[c], [58.] 6[c], 64[c], [60.] 17[c], [61.] 23[c], prooem. 6. 1, 46. 4 (*ἅ ἐστι* pro *εἴ τι* *γρ.*Y. Q), Aesch. 3. 50[c];

b) uerbum infinitum est: pendet autem ex adiectiuo uerbali II

α) acc. sing. masc. gen.: Dem. 26. 16 (acc. c. part.), cf. pag. 7;

β) acc. sing. fem. gen.: And. 3. 40[c], Dem. 19. 223[c], 37. 38[c];

γ) acc. plur. gen. masc.: Dem. 18. 58[c];

δ) acc. plur. gen. fem.: Isocr. ep. 6. 8[c];

ε) acc. plur. neutr. gen.: Isocr. ep. 3. 1[c] (*περὶ ὧν = περὶ τούτων ἅ*), Dem. 20. 140[c].

nomen neutrius generis singulariter dictum (Dem. [10.] 71[c], [58.] 58[c]) utrum subiecti an obiecti uicem obtineat, dubitare licet.

his igitur locis adiectiuum uerbale impersonaliter dictum est, quamquam personali constructione uti oratoribus licebat. iam quo facilius appareat multo rariorem

---

[1]) [c] littera ii loci notati sunt, quibus locis adiectiuo uerbali uel *ἐστί* uel aliqua uerbi substantiui forma adiecta est.

esse personalem constructionem, omnes enumerabo locos, quibus oratores adiectiuum uerbale II personaliter ponere maluerunt:

a) uerbum finitum est: subiectum est autem α) nomen masculini generis singulariter dictum Isocr. 12. 233[c] (bis), Dem. 21. 142[c] (ἐστί om. Y. O. s), 24. 25[c], 78 (nom. c. inf.); β) nomen feminini generis singulariter dictum Ant. 3γ. 11[c], 3δ. 2[c]; γ) nomen generis feminini pluraliter dictum Dem. 22. 62 (sed ῥητέα A. r); δ) nomen neutrius generis pluraliter dictum And. 1. 136[c], Dem. 21. 40 (A. S, legebatur λεκτέον), 36. 30[c], Dinarch. 2. 1[c] (cum infinitiuo);

b) uerbum infinitum est: est autem subiectum nomen neutrius generis pluraliter dictum Aesch. 1. 138[c]. Dem. 20. 57[c] personalis sit an impersonalis uerborum constructio, ambigitur. denique huc referenda sunt, quae legimus Isocr. 15. 59[c] πολλῶν (quae uox neutrius est generis) λεκτέων ὄντων.

Kuehner (art. gramm. § 427) et Krueger (art. gramm. 56. 18. 1) utriusque constructionis natura explorata docebant personalem poni constructionem, cum subiectum urgueretur et maximi esset ponderis. sed hanc legem in oratores Atticos non ualere Karlowa (Bemerkungen zum Sprachgebrauch des Demosthenes mit Berücksichtigung anderer Redner, programm. schol. prouinc. Pless. 1883, pag. 13 et 14) luculenter ostendit. neque uero mihi probantur, quae idem Karlowa eodem loco de personali constructione disseruit, praesertim cum ipse confiteatur non omnia ad suam regulam cadere exempla. nos igitur quaerere constituimus, quibus condicionibus impersonali uerborum conformatione uti oratores maluerint.

ac primum quidem uerbi impersonaliter dicti adiectiuum uerbale II non dici nisi impersonaliter, nihil est, quod demonstremus: necessaria est igitur impersonalis constructio, et cum uerba intransitiua adhibentur et cum uerba transitiua absolute proferuntur. cuius generis exempla haec sunt: Isocr. 2. 49 ἀφεκτέον τινός, 3. 2 κατηγορητέον τινός, 6. 90 βουλευτέον περί τινος, 6. 91 σπουδαστέον ὑπέρ τινος, 6. 92 φιλονικητέον ὑπέρ τινος, 7. 73 ἁμιλλητέον πρός τι, 9. 7 ἀμελητέον τινός, 12. 37 ἀποστατέον τινός, 12. 96 κατασιωπητέον περί τινος, 12. 134 διαλεκτέον περί τινος, 14. 10 ἀρκτέον τινός, 14. 15 φειστέον οὐδενός, 15. 117 πολεμητέον πρός τινα, 15. 140 δηλωτέον περί τινος, 15. 175 συμβουλευτέον τινί, 15. 280 σπουδαστέον ὑπέρ τινος, 19. 22 χαριστέον τινί, ep. 1. 6 διαλεκτέον πρός τινα, ep. 7. 7 ἁμιλλητέον τινί, ep. 9. 11 ὀλιγωρητέον τινός, ὑπεροπτέον τινός, ἐπιχειρητέον τινί, Isae. 7. 23 ληκτέον τινός, Dem. 1. 2 et 14 ἀντιληπτέον τινός, 1. 17 βοηθητέον τινί, 4. 2 = prooem. 30. 3 ἀθυμητέον τινί, 9. 45 ἐπιμελητέον τινός, 9. 70 ἀγωνιστέον ὑπέρ τινος, [10.] 76 παυστέον τινός, 15. 13 βουλευτέον ὑπέρ τινος, 16. 8 idem, 18. 199 ἀποστατέον τινός, 20. 139 idem, 22. 37 καταψηφιστέον, 22. 44 ἀποψηφιστέον, [42.] 10 σπουδαστέον ὑπέρ τινος, [44.] 67 βουλευτέον, [61.] 4 ἐπακολουθητέον τινί, Lycurg. 135 ἀπολογητέον ὑπέρ τινος, Aesch. 1. 119 προσεκτέον τινί, Dinarch. 1. 59 πιστευτέον τινί, 1. 91 στερκτέον ἐπί τινι, 1. 112 προσεκτέον ὑμῖν. ex quibus locis intellegitur adiectiua uerbalia II uerborum intransitiuorum ab oratoribus Atticis personaliter non esse dicta (cf. Kruegeri art. 56. 18. 1 extr.). neque ab hac regula discedit, quod Ant. 2β. 4 scriptum est τοῦτο ἐπιχειρητέον: nam cum ἐπιχειρέω τοῦτο dicere liceat (cf. Krueg. art. 46. 6. 9, Kuehneri art. § 410. ann. 5 extr.), nihil obstat, quo minus τοῦτο illo loco accusatiuum esse iudicemus.

deinde oratores Attici impersonalem uerborum constructionem necessariam esse existimabant, cum transitiui uerbi adiectiuum uerbale cum intransitiui uel absolute prolati uerbi adiectiuo uerbali ita iungebant, ut uno orationis orbe continerentur [1]): Lys. [6.] 8 ἢ τοὺς νόμους ἐξαλειπτέον ἐστὶν ἢ ἀπαλλακτέον τοῦ ἀνδρός, Isocr. 2. 49, 4. 8, 9. 7, 12. 37 (ubi post ἐπιτελεστέον subaudiendum est αὐτά), 96, 14. 10, 15. 117, 174, 175, 285, ep. 2. 14, 7. 7, Dem. [10.] 71, 76, [58.] 60, Lycurg. 135, Dinarch. 1. 92, 108. eodemque modo explicanda sunt, quae sunt Isocr. 5. 132, 6. 71. sed cum duo uerba transitiua coniuncta sunt, personalis constructio in utroque membro adhibita est: Isocr. 12. 233 βουλεύσασθαι, πότερον ἀφανιστέος (ὁ λόγος) ἢ διαδοτέος τοῖς βουλομένοις λαμβάνειν, Dem. 24. 78 λυτέος καὶ οὐκ ἐατέος ὁ νόμος κύριος γενέσθαι; incerta sunt, quod nomina neutrius generis apposita sunt, neque uero huic rationi repugnant, quae scripta uides Isocr. 15. 149, 271, (Dem. 23. 125). sed tamen impersonaliter dicere maluit Dem. 21. 37 (εἰ μὲν .., τοῦτον κολαστέον, εἰ δὲ ..., καὶ τοῦτον καὶ πάντας ἐατέον, cum membra essent dissolutiora.

tum impersonalem constructionem adiectiuo uerbali necessariam esse dixerim, si uerbum duplicem accusatiuum trahit: Isocr. 13. 19 οὓς οὐκ ἀφετέον ἀνεπιτιμήτους, Dem. 2. 13, 23. 74, 39. 35, Hyp. 4. X. 17 cl. Isocr. 15. 117, 174. eodemque modo explicandum est, quamuis ambiguum esse uideatur, quod est Dem. [17.] 26 τοῦτο μικρὸν ὑποληπτέον. huc etiam pertinent Isocr. 12. 96, Dem. [26.] 16, quibus locis ex adiectiuo uerbali II apti sunt accusatiuus nominis et accusatiuus participii (παροπτέον τι παρανομοῦντα αὐτόν).

tum impersonaliter dicere oratores consuerant adiectiua uerbalia II eorum uerborum, quae accusatiuum cum infinitiuo trahebant: Isocr. 15. 174, Dem. prooem. 1. 3, Hyp. fragm. Blass. 25 cl. Isocr. 9. 7. unus locus, cuius iam identidem mentionem fecimus, illi legi contrarius est: Dem. 24. 78 οὐκ ἐατέος κύριος γενέσθαι (ὁ νόμος), sed eo loco personaliter dicere Demosthenes maluit, quia proxime antecedit λυτέος. quod uero Dinarch. 2. 1 scriptum est πάντα προσδοκητέα ἐστὶν ἀκοῦσαι καὶ ἰδεῖν, hoc ita intellegendum esse existimo, ut πάντα subiectum adiectiui uerbalis esse dicamus, infinitiuos explicandi gratia addi iudicemus.

deinde ut accusatiuum anticipatum, quem dicimus, retinerent, impersonali uerborum structura oratores sunt usi: Isocr. ep. 6. 9 τὰς πράξεις σκεπτέον ὅπως συντενοῦσιν, Dem. 23. 34 τὸν ἑαλωκότα διώρισεν ὡς κολαστέον καὶ οὔ.

plane necessaria deinde impersonalis structura est, cum pronomen relatiuum, quod adiectiuo uerbali II obiectum est, attractione in alium casum transiit: Isocr. 5. 83 περὶ ὧν (= περὶ τούτων ἃ) σοι πρακτέον ἐστὶν ἀκήκοας, ep. 3. 1.

tum, nisi me fallit opinio, oratores impersonalem constructionem usurpare maluerunt, cum ab uno uerbo plures accusatiui diuersi generis pendebant: Dem. 20. 140 ἔστι πάντα μὲν φευκτέον, τοῦτο δὲ πάντων μάλιστα, Dem. [10.] 76, prooem. 1. 2, (Isocr. fragm. Bl. II. 4 et 6). unus enim locus ab hac regula discedit: And. 1. 136 ταῦτα μὲν τούτοις ποιητέα ἦν, ὑμῖν δὲ τὸ ἐναντίον τούτων. hinc uero natum est, ut Demosthenes [2]) impersonaliter diceret, cum coniungeret cum accusatiuo nominis enuntiatum

[1]) cf. pag. 7 proxx.
[2]) apud ceteros oratores nihil eius modi uidi.

quoddam: Dem. 31. 13 *τὴν ἀλήθειαν σκεπτέον οὐχ ἅ τις παρεσκεύακεν*, 27. 52 *οὐ τοῦτ'* (*ταῦτ'* A.r) *αὐτῷ λεκτέον, ἀλλ' ὡς παρέδοσαν*, cf. Lys. 26. 8.

denique hoc loco commemorare licet neutra adiectiuorum uel pronominum adiectiuorum pluraliter dicta rarius subiecti locum obtinere: And. 1. 136 *ταῦτα ποιητέα ἦν*, Dem. 21. 40 (A. S, legebatur *ταῦτα λεκτέον*), 36. 30, Aesch. 1. 138, Dinarch. 2. 1; saepius ea condicione adiectiuum uerbale II impersonaliter poni: Isocr. 2. 9, 12. 24, 152, 13. 3, 15. 19, Dem. 6. 5, 22. 57[1]).

antequam de uerborum constructione disserere pergam, quaestionem interponere libet ut pusillam ita non plane contemnendam, quam sedem habere soleat uerbum substantiuum, cum ad adiectiuum uerbale II sit adiunctum.

ἐστί uox praecedit adiectiuum uerbale (*ἐστὶ σκεπτέον*)
in enuntiatis primariis decies (10)[2]), sed ita, ut quinque locis uocabula interposita sint (*ἔστιν ὑμῖν σκεπτέον*),
in enuntiatis secundariis sexies (6)[3]), sed quattuor locis uocabula interposita sunt,
ἐστί uox subsequitur adiectiuum uerbale
in enuntiatis primariis undequadragies (39) — uocabula interposita sunt 11 locis[4]),
in enuntiatis secundariis undeuicies (19).
εἶναι infinitiuus praecedit adiectiuum uerbale septies (7) — uno loco uocabula interposita sunt,
subsequitur ter decies (13)[5]) — uocabula uno loco interposita.
ἦν uox praecedit adiectiuum uerbale
in enuntiato primario semel (1),
in enuntiato secundario semel (1) interpositis uocabulis,
subsequitur
in enuntiato primario bis (2) — uocabulis diremptum uno loco,
ὄντων subsequitur semel (1)[6]).

---

1) neglegenda sunt, quae scripta uidemus Isocr. 2. 49, 4. 8, 5. 132, 15. 285, ep. 2. 14, Dem. [10.] 71, prooem. 1. 2, propterea quod in compositis enuntiatis posita sunt. cf. pag. 7 proxx.

2) sed Dem. 21. 142 *ἐστί* om. Y.O.s, [58.] 55 *τηρητέον ἐστί* inuerso ordine A.r.

3) Isocr. 14. 15 *ἐστί* om. Θ.

4) Isocr. 9. 11 et 12. 37 lectio uolgata *ἐστί* uocem et adiectiuum uerbale non disiuncta habet.

5) neglexi Dem. prooem. 23, 2, quia uerba corrupta esse apparet.

6) *εἶναι* uerbum substantiuum collocatum est:
a) post adiectiuum uerbale II

apud	Antiphontem	2 locis,	uerba	autem	interposita	sunt	1	loco
„	Andocidem	2 „	„	„	„	„	1	„
„	Lysiam	3 „	„	„	„	„	0	„
„	Isocratem	37 „	„	„	„	„	9	locis
„	Isaeum	1 loco,	„	„	„	„	0	loco
„	Demosthenem	22 locis,	„	„	„	„	1	„
„	Aeschinem	1 loco,	„	„	„	„	0	„
„	Hyperidem	0 „	„	„	„	„	0	„
„	Lycurgum	2 locis,	„	„	„	„	0	„
„	Dinarchum	4 „	„	„	„	„	1	„

apud omnes oratores 74 locis, uerba autem interposita sunt 13 locis;

ex iis igitur, quae ostendimus, elucet multo saepius copulam post adiectiuum uerbale II positam esse quam ante adiectiuum uerbale II. quod si quis quaesierit, quae potissimum uoces interponantur: norma constitui non potest, tantum dico plerumque uel pronomina uel nomina, quae pendeant ex adiectiuo uerbali impersonaliter dicto, inserta esse. neque uero illud silentio praetermittendum est, non fere interponi particulam negatiuam (οὐ μή), si totam sententiam quasi resignet, sed uerbum substantiuum post adiectiuum uerbale, negationem ante adiectiuum uerbale collocari: And. 3. 40 (οὐ), Isocr. 3. 2 (οὐ), 4. 8 (οὐκέτι), 5. 85 (οὐ), 12. 37 (οὐδὲν μᾶλλον), ep. 2. 14 (οὐ), Dem. [7.] 6 (οὐ), 18. 199 (οὐδ' οὕτως), 19. 223 (οὐ), 22. 6 (οὐ), prooem. 1. 2 (οὐδέν), Dinarch. 1. 92 (οὐ), 108 (οὐ), 112 (οὐ)[1].

nunc uero omissis istis leuioribus rebus quaeramus, quo casu esse oratores uoluerint eam personam, cui actio, quae adiectiuo uerbali II significatur, suscipienda est. grammatici enim (Krueger 56. 18. 3, Kuehner § 427) docent plerumque poni casum datiuum, in impersonali constructione etiam accusatiuo locum esse. sed oratores paucis exceptis locis personam agentem datiuo casu significauerunt,

semper cum personaliter dictum est adiectiuum uerbale: Ant. 3γ. 11, And. 1. 136, Isocr. 15. 59 (genet. abs.), Dem. 6. 28 (περὶ τῶν ὑμῖν πρακτέων), 21. 142, 22. 62, 36. 30, Aesch. 1. 138,

plerumque cum impersonaliter est dictum adiectiuum uerbale, siue absolutum est: Isocr. 6. 90, 91, 92, 102, 7. 73, 11. 3, 12. 134, 14. 10, 15. 280, ep. 1. 6, 9. 18, (fragm. II. 4?), Isae. 4. 14, 7. 23, Dem. 1. 2, 17, 4. 3, 16, 9. 45, 70, 18. 199, 20. 154, 21. 123, 22. 45, [42.] 10, [44.] 67, [58.] 60, [61.] 4, Lycurg. 135, Dinarch. 1. 112, siue casus accusatiuus obiectus est: And. 3. 16, Isocr. 5. 83 (περὶ ὧν), 6. 86, 91, 7. 79, 12. 24, 152, ep. 7. 7, Dem. 6. 5, [10.] 71, 19. 223, 20. 24, 22. 57, [34.] 30, 37. 38, 39. 35, [58.] 60, Aesch. 1. 5, quibus locis adiungere licet eos locos, quibus dubium est, personaliterne dictum sit adiectiuum uerbale an impersonaliter: Lys. 1.

---

b) ante adiectiuum uerbale II

apud	Antiphontem	0	loco,	uerba	autem	interposita	sunt	0	loco
„	Andocidem	0	„	„	„	„	„	0	„
„	Lysiam	1	„	„	„	„	„	1	„
„	Isocratem	5	locis,	„	„	„	„	0	„
„	Isaeum	1	loco,	„	„	„	„	0	„
„	Demosthenem	15	locis,	„	„	„	„	9	locis
„	Aeschinem	2	„	„	„	„	„	0	loco
„	Hyperidem	0	loco,	„	„	„	„	0	„
„	Lycurgum	1	„	„	„	„	„	0	„
„	Dinarchum	0	„	„	„	„	„	0	„
apud omnes	oratores	25	locis,	uerba	autem	interposita	sunt	10	locis.

[1]) si uerbum substantiuum ante adiectiuum uerbale II collocatum est, sexies negationem ante uerbum substantiuum positam uidi: Isocr. 12. 134 (οὐκέτι), 14. 15 (οὐδενός), Dem. [29.] 35 (οὐδέν), [34.] 10 (πῶς οὐχί), 37. 38 (οὐ), Aesch. 1. 119 (οὐ), semel ante adiectiuum uerbale: Isocr. 6. 11 (ἔστιν οὐκ ὀκνητέον). sin autem ἐστί omissum est, per se patet particulam negatiuam, si totam sententiam resignet, adiectiuo uerbali II antecedere, ut proxima sit: Isocr. 4. 74, 160, 6. 7, 8. 62, 9. 7, 11, 11. 3, 12. 96, 13. 19, 15. 174, Dem. 4. 2, 20. 130, 24. 78, prooem. 30. 3, Dinarch. 1. 59. οὐδέτερος, οὐδείς, οὐδ' οὕτως praecedere solent, sed nonnumquam interpositis uocabulis: Isocr. 5. 132, 6. 71, 91, Dem. 1. 14, [10.] 76 (μηδένα), 19. 95, 21. 160, 22. 44.

35, 26. 8, Isocr. 6. 7, 12. 34, 15. 149, Dem. 5. 23, [7.] 6, 9. 74, 19. 95, 20. 57, 23. 101, 27. 52, 55. 25, [58.] 58, 64, Aesch. 3. 50.

quam uero exiguus est numerus eorum locorum, ubi adiectiuo uerbali impersonaliter dicto (cf. Krueger 56. 18. 3, Kuehner § 427 ann. 2) accusatiuo casu personam agentem dixerunt: sic Isocr. 9. 7 *οὐ δουλευτέον τοὺς νοῦν ἔχοντας τοῖς κακῶς φρονοῦσιν*, quo loco haec uerborum constructio plane necessaria est, quia datiuo casu posito ambigua esset oratio [1]). tres accedunt loci [2]), quorum ratio haec est, ut casus accusatiuus personae omissus sit, participium autem, quod ad illum accusatiuum referri debuit, accusatiuo casu prolatum sit: And. 3. 40 *τὴν αὐτὴν ἀρχὴν λαμβάνοντας ταύτην οὐκ ἀκτέον φασὶ τήν εἰρήνην εἶναι* (subaudias uel ὑμᾶς uel ἡμᾶς), Isocr. ep. 6. 9 *ταῦτα διορισαμένους τότ' ἤδη τὰς πράξεις σκεπτέον* (subaudias ὑμᾶς), Dem. 2. 13. *πολλὴν δὴ τὴν μετάστασιν δεικτέον* (sc. ὑμᾶς, cf. Westermannus ad h. l.) *εἰσφέροντας, ἐξιόντας, ἅπαντα ποιοῦντας ἑτοίμως* [3]). confusae denique sunt duae structurae Dinarch. 1. 112 *οὐ προσεκτέον ὑμῖν ἐστι τοῖς λόγοις εἰδότας*, cum accusatiuus participii ad datiuum personae referatur. quo quidem loco *ἐστί* additum est, cum iis locis, quibus persona agens mero accusatiuo significatur, *ἐστί* copula abiecta sit (cf. Kuehner. art. § 428. ann. 2). ceterum grammatici recte dicere mihi uidentur hanc potestatem personae accusatiuo significandae ex eo natam esse, quod adiectiuo uerbali eadem sententia efficiatur atque *δεῖν* uerbo: nam saepe adiectiuum uerbale II uocibus coniunctiuis coniunctum uidemus cum *δεῖν* uerbo (Dem. 8. 5, 21. 40, prooem. 46. 4, Isocr. 12. 164, Aesch. 1. 119, 3. 50, cf. Dem. 4. 16), interdum cum *χρῆν* uerbo (Dem. 23. 74).

Caput II.

De *ΟΙΟΣ ΤΕ* uoce.

Cum nuper Otto Kreussler huius scholae etiam tum rector, uir linguae Graecae unus scientissimus ex me quaesiuisset, uidissemne apud oratores Atticos *οἷός τέ εἰμι* uocabula inuerso ordine collocata, ut uerbum substantiuum praecederet, *οἷός τε* uox subsequeretur, operae pretium esse mihi uisum est oculos et mentem in eam rem intendere, et quotiens oratores Atticos perlustrabam, quae esset ratio illorum uocabulorum, inquirebam.

est autem et *οἷός τε* et *οἷος* ab oratoribus Atticis cum infinitiuo coniunctum, illud plurimis locis, quos hoc loco omnes afferre longum est, hoc admodum raro: Lys. fragm. Scheib. 62 (*ἐβιάζετό τε καὶ οἷος ἦν κομίζειν*), Isae. 8. 21 (*κομίζειν οἷος ἦν*), Dem. 4. 9 (*οὐχ οἷός ἐστι μένειν*), [44.] 19 *M. οἷος ἦν* [*ὅσην* S] *ἐπεξιέναι τῷ Λ.*), [52.] 10 *οἷος οὖν εἰμι κἀγὼ.. ἀξιοῦν λαμβάνειν*). quo modo inter se differant illae locutiones,

---

[1]) Dem. 1. 17 *φημὶ βοηθητέον εἶναι τοῖς πράγμασιν ὑμῖν*, quamquam duo sunt datiui, nihil ambigui est.

[2]) non satis accurate Grossius l. l. dicit ‚oratorum Atticorum unum Isocratem IX. 4 (immo 7) uno loco accusatiuum recepisse'.

[3]) quamquam ea condicione non necesse est accusatiuum participii ponere: Dem. 4. 16 *ὡς πλευστέον εἰς ταύτας αὐτοῖς ἐμβᾶσιν nauigandum [uobis] est, ut ipsi naues conscendatis*, Dem. 4. 3 *ἔπειτα ἐνθυμητέον καὶ παρ' ἄλλων ἀκούουσι καὶ εἰδόσιν αὐτοῖς [uobis] considerandum est, quia et ab aliis accepistis et ipsi cognostis.* An *αὐτοῖς* uox datiui causa fuit?

inter uiros doctos non constat (cf. Scheibius ad Isae. 11. 16, pag. XLIV). Harpocration quidem haec: *οἷος εἰ σημαίνει τὸ βούλει καὶ προῄρησαι, τὸ δ' οἷός τε εἰ τὸ δύνασαι.* atque *οἷός τε* uocis uim recte ab Harpocratione expositam esse et iis locis apparet, quibus *οἷός τε* aut copulatum est cum *ἔξεστι* (Ant. 6. 42) uel cum *ῥᾴδιον* (Isae. 4. 1 cl. Isocr. 15. 114) uel cum *δύνασθαι* (Isocr. 15. 8), aut oppositum est uerbo *οὐ δύνασθαι* (Isocr. 7. 15) uel uocibus *χαλεπὸν καὶ σπάνιον* (Isocr. ep. 9. 2) uel uerbo *δεῖν* (And. 1. 20), et iis locis, quibus *οὐχ οἷός τε* oppositum est uerbis, quae significant uel potestatem uel necessitatem, qualia sunt: *ἐνδέχεται* c. dat. et inf. Isocr. [1.] 48, *ἔξεστι* Isocr. 15. 91, 18. 41, 21. 10, Isae. 1. 25, 10. 11, 12, *ἔστι* c. inf. Isae. 3. 68, *δύναμαι* Lys. 12. 45, 14. 36, Isocr. 6. 69, *ἀδύνατον* Isae. 7. 15, Dem. 27. 54, *οὐδὲν κωλύει* Isocr. 10. 47, *ἀνάγκη* Isocr. 21. 4, Dem. 27. 30, adiectiuum uerbale II Isocr. 6. 91 [1]). neque est ullus de iis, quos supra laudauimus, locis, in quem non cadat Harpocrationis de *οἷος* uocis notione iudicium. itaque non dubito, quin recte Isae. 11. 16 (*οἱ κύριοι τῆς Ἁγνίου μητρὸς ἦσαν οἷοί τε πρὸς ἐμὲ ἀντιδικεῖν*) Scheibius contra codicum auctoritatem *τε* uocabulum expunxerit.

sed ut redeamus ad quaestionem ab Ottone Kreusslero positam, affirmare licet ab oratoribus *εἶναι* uocabulum, cum adderetur, post *οἷος* uel *οἷός τε* collocatum esse exceptis duobus locis [2]), qui sunt Isocr. 4. 130 (*ἔστι δ' οὐχ οἷόν τ' ἀποτρέπειν τῶν ἁμαρτημάτων οὐδ' ἑτέρων πράξεων πείθειν ἐπιθυμεῖν*) et Isae. 11. 16 (*οἱ κύριοι τῆς Ἁγνίου μητρὸς ἦσαν οἷοί* [*τε*] *πρὸς ἐμὲ ἀντιδικεῖν*). id quod eo mirabilius est, quod, quae est *οἷός οἷός τε* uocum natura, non facile perspicimus, cur necesse fuerit uerbum poni post pronomen. nam et *οἷος* et *οἷός τε* esse pronomen relatiuum apertum est, illud nudum, hoc adiuncta *τε* particula, qua (cf. Kuehneri art. II. p. 702) pronominis uis quasi dilatatur. *οἷός (τέ) εἰμι ἀποτρέπειν* igitur idem fere ualet, quod *τοιοῦτός εἰμι οἷος ἀποτρέπειν* [3]) cf. Kuehner l. l. II. 1010. 5, Petri Viehoffi progr. Embricense 1842. pag. 2. 3. atqui in eiusmodi enuntiatis *εἶναι* uerbum pronomini demonstratiuo adiungitur: Plat. apol. 31a *τυγχάνω ὢν τοιοῦτος οἷος δεδόσθαι,* Xen. hist. Graec. 6. 5. 7 *τοιοῦτος ὁ Σ. ἦν οἷος μὴ βούλεσθαι,* Cyri discipl. 1. 2. 3 *τοιοῦτοι ἔσονται οἱ πολῖται οἷοι ... ἐφίεσθαι,* Dem. [13.] 19 *εἴ τις καὶ τοιοῦτός ἐστιν οἷος ἐγχειρεῖν ἔργῳ τῳ.* quid igitur obstabat, ne omisso iam demonstratiuo pronomine Graeci dicerent *εἰμὶ οἷός τε?* cum praesertim Demosthenes 2. 18 (cf. Westermannus ad h. l.) idem fere sentiens scriberet *ἀνήρ ἐστιν ἐν αὐτοῖς οἷος ἔμπειρος πολέμου (est homo, qui sit belli peritus).* sed ut modo diximus, scriptores Attici omisso pronomine demonstratiuo *εἶναι* uerbum, quod ad id pronomen pertineret, omittere maluerunt, ut *οἷός οἷός τε* pronominibus *εἶναι* adiungerent. quamquam non est inauditus ordo inuersus [4]): Euripides enim Med. 1077

---

[1]) Gorgias igitur Pal. 23, nisi quid grauius peccatum est, scripsit: *σοὶ μὲν οὐκ ἦν οἷόν τε μόνον μάρτυρας ἀλλὰ καὶ ψευδομάρτυρας εὑρεῖν, ἐμοὶ δ' οὐδέτερον τούτων δυνατόν.* quamquam malim scribi *σοὶ μὲν οἷόν τ' ἦν οὐ μόνον μάρτυρας κτλ.*

[2]) hoc loco non curo quod est scriptum in lege, quae interposita est Dem. orationi 21. 47, *ὅταν ᾖ πρῶτον οἷόντε,* neque Gorg. Pal. 23 *οὐκ ἦν οἷον.*

[3]) Sic Homerus Od. 21. 172 *οὐ γάρ τοι σέ γε τοῖον ἐγείνατο πότνια μήτηρ οἷόν τε ῥυτῆρα βιοῦ τ' ἔμεναι καὶ ὀϊστῶν.* sed iam idem omisso pronomine demonstratiuo Od. 19. 160 *ἤδη γὰρ* (*Τηλέμαχος*) *ἀνὴρ οἷός τε μάλιστα οἴκου κήδεσθαι,* 21. 116 *ἐγὼ κατόπισθε λιποίμην οἷός τ' ἤδη πατρὸς ἀέθλια κάλ' ἀνελέσθαι.*

[4]) utrumque locum Ottoni Kreusslero acceptum refero.

οὐκέτ' εἰμὶ προσβλέπειν οἷά τε παῖδας et Plat. Phaed. 76 b φοβοῦμαι, μὴ αὔριον οὐκέτι ᾗ ἀνθρώπων οὐδεὶς οἷός τε τοῦτο ποιῆσαι. quo haud scio an factum sit, ut is, qui legem Dem. 21. 47 interpositam finxit, immutato uerborum ordine scribere mallet ὅταν ᾖ πρῶτον οἷόν τε.

permultis uero locis, cum neutrum singularis numeri positum est, εἶναι uerbum post οἷός τε ab oratoribus omissum est: Ant. 5. 53, And. 1. 7 bis, 86, Lys. 7. 1, 11, 12. 33, 17. 4, 19. 41, 30. 20, Isocr. [1.] 48, 2. 15, 32, 4. 28, 150, 173, 7. 11 (personaliter dictum?), 9. 9, 10. 47, 11. 29, 12. 22, 13. 13, 14. 51, 15. 91, 18. 41, 21. 10, Isae. 3. 68, 4. 1, 4, 6. 54, 7. 11, Dem. [7.] 19, 8. 75, 14. 25, 15. 15, 16. 18, [17.] 6, 19. 105, 258, 21. 6, 218, 23. 77, 78, 27. 30, 54, 28. 8, 30. 10, 19, [32.] 11, 36. 52, 37. 25, 38. 10, [40.] 22, [45.] 38, 41, 54. 15, Hyp. 2. XV. 3, [Gorg. Palam. 25.] his locis omnibus ἐστί omissum est: nam etiam quae sunt Dem. 23. 78 ἤγαγε τοὺς δικάσοντας οἷ προσελθεῖν οἷόν τε ἐκείνῳ, ubi forsitan subaudiat quispiam ἦν, ea sic explicari possunt, ut in regulam cadant: nam neglegentia quadam Demostheni dicere licuit: *iudices eo ire iussit, quo reo uenire licet.* leges enim postquam latae sunt, semper in eum locum reos capite damnatos uenire patiuntur. omissa est autem copula non modo in primariis enuntiatis, sed etiam in secundariis idque non raro. requiritur enim ἐστί a) in membro causali: Lys. 12. 33 (ἐπειδή), Dem. 23. 77 (ὅτι), b) in membro condicionali: Lys. 7. 1 (εἰ), Dem. 15. 15 (εἰ), 16. 18 (εἰ), 19. 105 (εἰ), 21. 6 (εἰ), [32.] 11 (εἰ), 36. 52 (εἰ), 54. 15 (εἰ), c) in membro obiectiuo: Lys. 17. 4 (ὡς), Dem. 14. 25 (ὡς), 27. 54 (ὡς), 30. 19 (ὡς), 38. 10 (ὡς), d) in membro relatiuo: Ant. 5. 53, And. 1. 86, Isocr. 4. 28, 15. 91, 18. 41, Isae. 7. 11, Dem. 19. 258, 23. 78, e) in membro consecutiuo Dem. [7.] 19. praeterea ἐστί uocem omissam uidi in membro primario, cuius prima uox est ὥστε, Isocr. 14. 51. postremo praeterire non licet, quod οἷόν τε omisso uerbo plerumque cum negatione coniunctum est: nam de 57 eius generis locis negatione instructos uidi locos 42[1]).

ex eo autem, quem modo considerauimus, οἷόν τε uocabuli usu natum est, ut ὡς οἷόν τε ad augendam uim superlatiui aptum esset (cf. Kruegeri art. 49. 10. 3). ὡς οἷόν τε κάλλιστος enim is est, qui quam (fieri) potest pulcherrimus est, qui tam pulcher est, ut nihil supra possit: quam in sententiam etiam alia eiusdem notionis uerba usurpantur, ueluti Isocr. 5. 129 ὡς ἠδυνάμην μετὰ πλείστης σπουδῆς, 7. 19 ὡς ἂν δύνωμαι συντομώτατα, 12. 17 ὡς δυνατὸν κάκιστα, 30 ὡς δυνατὸν ἐλαφροτάτους, 48 ὡς δυνατὸν οἰκειότατα, 65 ὡς δυνατὸν ἀφρονέστατα, 153 = 157 ὡς δυνατὸν ἄριστα,

---

[1]) οἷόν τε negatione caret in enuntiatis condicionalibus: εἴ πως οἷόν τε Lys. 7. 1, εἰ οἷόν τε Dem. 15. 15, 16. 18, 19. 105, 21. 6, [32.] 11, 36. 52, 54. 15, in interrogationibus rhetoricis, quae dicuntur: And. 1. 86, Isae. 4. 4, 6. 54, Dem. [40.] 22, [45.] 38, in membro relatiuo: Dem. 23. 78, οὐχ οἷόν τε uerbo opposito And. 1. 7. eadem fere est ratio, cum εἶναι uerbum additum est: nam cum 202 locis οἷός τέ εἰμι (γίγνομαι) aut personaliter aut impersonaliter dictum sit, 124 locis sententia negatiua est additis οὐ μή οὐδείς uocibus. caret autem οἷός τέ εἰμι (γίγνομαι) negatione maxime in membris relatiuis (sexies et uicies), in membris condicionalibus (quinquies decies), in membris comparatiuis (ὡς ἂν οἷός τ' ὦ cet. nouies), in interrogationibus rhetoricis (sexies). neque illud praetermittendum puto, sex locis οἷός τε pertinere ad enuntiatum, quo ponatur quod non sit uerum (οἷός τ' ἂν ἐγενόμην Isocr. 15. 176, ἐβουλόμην ἂν οἷός τ' εἶναι Isocr. 19. 28, εἰ ἡγούμην οἷόν τ' εἶναι Lys. [20.] 1, similia Isocr. 5. 138, 15. 114, ep. 9. 2). illud autem addam oportet, hoc me loco non curasse ὡς οἷόν τε ad superlatiuum appositum, de quo genere infra disputabitur.

